

F. 4^d. Nomina Romanorum imperatorum.

Mortuo Nerone¹ successit Vespasianus², decem annis regnavit

F. 5^a. Eraclio successit Constantinus, qui regnavit undecim annis.

Constantino³ successit imperator Iustinianus, qui leges composuit post Iustinianum. Pipinus cepit ire in Franciam; defuncto Pipino Karulus successit.

De constitutione Karoli filii Pipini Francigene in Romano imperio.

Karulus filius eius regnavit, qui subiugata ^{*}Hispania ad ^{*f. 5^b}. fidem Christi venit Romam. Qui⁴ statim factus Romanorum imperator; post Karulum Luduicus imperator, eius filius, regnavit. Et post Luduicum regnavit Laudoysius⁵ Romanorum imperator. Mortuo Laudoysio reliquit filiam unam, que de mandato summi pontificis et voluntate senatus tradita est in uxorem Enrico de Gibelengis Theothonicorum regi existenti in Romana urbe, prestanti auxilium rei publice contra inimicos⁶. Qui statim a summo pontifice et Rome senatu fuit coronatus et Romanus imperator factus. Et sic translatum est Romanum imperium de Francia in Alamaniam, et sic omnes de eius genere usque in presentem diem fuerunt Romani imperatores. Inde est istoria in libro isto inserta⁷. Gesta qualiter Karolus rex Francie subiugavit Yspaniam et de bello facto in Ronchivalia in hoc libro reperiuntur⁸.

Eodem autem tempore Narsus patricius universas Lombardie fines obtinebat, qui propter virtutis et prudentie merita patrocinarum Lombardie tenebat. In diebus illis cecidit sors super Gambaram filiam Gunthirami regis Scatinoviorum et super omnes ipsius terre meliores viros et mulieres, ut occiderentur. Que petivit ab ipso patre suo, ut omnes, super quos venerat sors, viri et mulieres secum proficisci paterentur, volentes exulari per universum orbem, antequam occiderentur. Placuit hoc patri et omnibus curie sue. Illa vero proficiscens ^{*huc et illuc, tandem cum exercitu suo ad Lombardie pervenit} ^{*f. 5^c}. partes. Audito a Narse de eius adventu, Gambare mandavit, ut de terra eius illico exiret. Cui respondit Gambara⁹ dictam terram non esse relinquendam, sed potius fore manutenendam¹⁰; preliaverunt namque insimul, tandem Narsus victus affugit.

1) Fehlt Hs. 2) 'Vespasianus' Hs. 3) 'Constantino' Hs. 4) 'Qd' (Quod) Hs. 5) 'laudoys' Hs. 6) Siehe die SS. Lang. p. 596 publicierte Codagnellische Schrift. 7) Nämlich das soeben citierte Stück, SS. Lang. p. 592—596, f. 55^b—56^a der Hs. 8) F. 52^d—53^b. 9) 'gäbare' Hs. 10) Dies alles wird zum Theil etwas anderes, zum Theil ausführlicher noch einmal erzählt in dem citierten Stück SS. Lang. p. 593, und noch